ante hac de sole precepimus qñ in occidẽtali orizonte filij ponebatᷓ. Memẽto tñ exposita hactenus dumtaxat veritatẽ tenere qñ significator huiusmodi latitudine prorsus caret: nam si latitudinẽ quantãcunq; haberet: inuenta eleuatione poli supra circulũ positionis sue aut orizontẽ suum quere punctum cum quo oritur in eodez suo orizonte si fuerit in medietate orientali: aut punctũ cũ quo occidit in orizonte suo si fuerit in medietate celi occidẽtali: deinde cũ illis punctis ecliptice procedas quemadmoduz antea fecisti cum significatore non habente latitudinem. ¶ In exemplo sit genitura alicuius filij primogeniti. 23 horis ⁊. 29. minutis a meridie transactis ſm dies equatos in regione habente latitudinez. 48. graduũ sole existente in fine. 26. gradus cancri: volo ꝯstituere locum solis pro ascendente patris ⁊ exinde totam domoꝝ figuram elicere sub traho. 23. horas ⁊. 29. minuta a. 24. horis remanent. 31. minuta vniꝰ hore que equipollent. 7. gradibus ⁊. 45. minutis equatoris aut ꝑalelli solis: quare dico solẽ distare a meridiano versus orientem. 7. gradibꝰ ⁊. 45. minutis. Declinatio autẽ solis septentrionalis erit. 21. graduum cum ⁊ qua predicta distantia solis a meridiano ingredior tabulã positionis ad. 48. gradꝰ latitudinis ⁊ ſm documentum. 20. probleumatis inuenio eleuationem poli borealis supra circulum positionis solis. 6. graduum: eo autem circulo positionis deinceps vtar tanq̃ orizonte regionis habentis latitudinem. 6. graduũ. Intro igitur tabellam domorum rationalez cum. 6. gradibus eleuationis poli ⁊ ex directo eoꝝ inuenio numerum polarem vndecime. 3. graduũ: numerum aũt polarem duodecime 5. graduũ ⁊. 11. minutoꝝ quorum vice accipiam. 5. gradus propter breuitatez ascensio obliqua solis ad latitudinez. 6. graduũ est. 115. gradus et. 42. minuta a qua ascensione subtraho. 30. gradus ⁊ remanẽt. 85. gradus cum. 42. minut[is] pro ascensione obliq̃ duodecime domus patris: item ex ascensiõe obliqua. 12 minuo. 30. gradus remanent. 55. gradus ⁊. 42. minuta pro ascensiõe obliqua vndecime a qua demũ subtractis. 30. manent. 25. gradus cum. 42. minut[is] pro ascensione recta decime domus. Rursus per continuam additionez trigenoꝝ graduũ ad ascensionem obliquam ascendentis scz loci solis elicio ascensionez obliquã. 2. domꝰ. 145. graduũ ⁊. 42. minutoꝝ: ascensiõez aũt obliquã. 3. domꝰ 17. graduũ ⁊. 42. minutoꝝ. Ex illis aũt ascensionibus inuenio cuspides dictaꝝ domorũ eisq; diametraliter positarũ quẽadmodẽ in. 14. probleumate traditũ est: decime quidez. 27. gradus ⁊. 41. minuta arietis: vndecime aũt. 29. gradus cũ. 2. minutis thauri: duodecime. 28. gradus ⁊. 4. minuta geminorum: secunde 24. gradus ⁊. 35. minuta leonis: tercie vero. 25. gradus ⁊. 24. minuta virginis.

Vicesimumquintum probleuma.

Significatorem quemlibet ad locum propositũ quemcunq; ſm signoꝝ consequentiã artificialiter dirigere. Priusq̃ ad operatiõz descendetur: nõnulla vocabula presentis negocij diffinienda sũt Dirigere non est aliud q̃ mouere speram donec locus secundus



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-357/0033
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG